



Mem. de S. Stephano, per Ant. Tu principátum tenes.,
 V. Glória et honóre. pag. 106. et Or. sequentem :


DA nobis, quæsumus Dómine, imitári quod cólimus, ut
 discámus et inimícos diligere : quia ejus natalítia
 celebrámus ꝛ qui novit étiam pro persecutóribus exoráre
 Christum Dóminum nostrum. Rꝛ. Amen.

Deinde fiat Memoria de aliis Sanctís.

✠ In die Oct. S. Stephani et deinceps usque ad ij. Vesperas diei Octavæ Epiphaniæ exclusive, quotidie, præterquam in utrisque Vesp. Epiphaniæ, Inventionis Domini, et B. Gundisalvi, post alias Memorias fiat Memoria de beata Virgine per Ant. Germinávit.

Ant. 

j. 

toni. 

GERMINAVIT radix Jesse : orta est stella

ex Ja-cob : Virgo péperit Salva-tó-rem : te laudá-

mus De-us noster.

V. Tamquam sponsus. Rꝛ. Dóminus procédens de thá-lamo suo.

Oratio.

DEUS, qui salútis ætérnæ, beátæ Mariæ virginitáte
 fecúnda, humano géneri præmitisti : tríbue,
 quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus ꝛ per
 quam merúimus auctórem vitæ suscipere : Dóminum
 nostrum.